



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

17 de Suspensione, & Crucifixione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

De suspensione, & crucifixione.

CAP. 17.

- 1 Crucis seu suspensionis pena que.
- 2 Suspendi ob que maleficia quis debeat. & 1.
- 3 Crucis supplicium grauissimum. & nu. 1. & cruce qui suspendetur apud Romanos, & pro quibus.
- 4 Crux supplicis quando prohibita.

Scriptum est, Sapient. 14. † *Benedictum lignum, per quod sit iustitia*, ratione scilicet iuste vindictæ: verum ratione eius, qui ligno suspenditur ob maleficia, dictum est in Deuteronomio cap. 21. *Maledictus a Deo est, qui pendet in ligno*. Et iusque mors turpissima habita. Et proinde de domino Iesu Christo, qui pro redemptione salutis mundi pepercit in cruce, Matth. 23. 26. 27. Mar. 25. Luca 23. Act. 2. & 4. D. Ioan. Euan. 19. Heb. 6. prædictum erat, futurum improborum iudicium hunc sermonem, morte turpissima condemnemus eum, Sap. 2. Seruile enim, & crudele habitum est supplicium crucis, Lactan. lib. 4. ca. 26. A cruciatur, c. nulli. 3. q. 1. vel a cruce, cruciatur melius. Hac pena affectus Iosue principes idololatrarum, Iosue c. 8. & c. 19. Et David septem natos ex genere Saulis, qui occiderant Gabaonitas contra fœdus, ad placandam Dominum, 2. Reg. c. 21. Clavis suffragatur cruci corpora, indicat. Et illud Plautus in *Mostellaria*,

Ego dabo ei talentum primus, qui in cruce exurrerit.

Sed ea lege ut assignentur bis pedes, bis brachia.

Meminit Plinius lib. 28. c. 4. de clauo crucis. *Item in quartanis*, inquit, *fragmentum clavis a cruce, inuolutum lana collo subnectunt*. Mos erat aliquando suspensorum in cruce frangi crura, vt mors acceleraretur eorum, D. Iohannes Euan. c. 10. vt non dubitem, diuam imprecationem mulieris adulteræ, in virum citius, quam expectaret redeuntem, apud Apuleium, lib. 9. *Afina auroi*, eo pertinere, dum crucifragium illi ornatur. Vbi hac pena Egyptii suspensionis in cruce, Genes. 40. & 41. & Persæ, & Medi, Hæster 5. 8. & 9. & 1. *Esdræ cap. 6*. Punius proditor Iudas a seipso suspensio, quo crepit medius, Matth. 27. *Act. 1*. A Carthagenensium senatu in cruce tolli Imperatores iulebant, si prauo consilio rem peragerent, quamuis feliciter, vt scribit Liuius, lib. 8. *decad. 4*. Id ipsum & Valer. Maximus lib. 2. c. 2. recenset. § Apud Iurificum iustum, summum supplicium ad forcas dicitur damnatio, *capitulum, de pen. in P. Quæ* pena genere puniuntur famosi latrones, d. l. *capitalium*, § *famosi*. Et Infubrum in re antiquo, qui plus quam quinque solidos furantur, § *si quis quinque solidos, de pace ren. & eius violat*. Grauis nimium tamen pena & crudelis protum modico ære visa est. Et proinde Paris de Puteo in tract. *syndacatus*, in §. *crudelitas*, ait, quod Federici, qui eam edidit constitutionem, proles non regnauit quia ita statuisse. Vt & in Longobardorum legibus, seruus regis, qui aliquem occiderit, supra tumulum occisi furca suspenditur, l. *de culp. seruor. l. si seruus regis, de homicid. liber. hom. in leg. Longobard. C. uili Romanorum iure quoque furca suspendi debent transfæga & consilia hostibus detegentes, seditionis auctores, l. si quis aliquid, § 8. l. 1. & seq. de pen. in P. l. 3. §. *si qui ad hostes, de remilit. lib. 49. P. tit. 16*. sacrilegi aliquando, l. *sacrilegi*, § 6. l. 1. ad leg. Jul. pecul. Refert Dionysius Halicarn. in §. a quibusdam esse proditum, institutum in creatione prima consulum, vt alterum illorum duodecim securis præcederet, alterum duodecim lictores cum solis fascibus, atque etiam cum furcis: securis singulis mensibus college sibi traderent. § *Romani* ante aduentum domini nostri Iesu Christi, & ante eius si sem agnitam, crucis patibulo visi sunt pro summo & horribili supplicio, vt meminit Iuuenalis, Satyr. 13. dum ait,*

— multi

Committunt eadem diuerso crimina fato,

Ille cruce præuio sceleris tulit, hic diadema.

Ideo pro singulari exemplo canis in cruce sublatus, quo tempore Galli urbem inuaserunt, quod in Capitolio canes nutriti in aduentu hostium non latrassent: clangore autem suo auferes venientes detexissent, auctore Plutarcho, de *fortit. Roman. & virt. Alexand. C. Soffius præfectus Cilicis, & Syriæ a M. Antonio, sub Octauiæ Cæsare, Herod. Iudæorum regno cōcessio*. Antigonum cruci alligatum, quo supplicio nullus vnquam rex erat affectus, si agris cecidit, ac deinde iugulauit. Ciuem Romanum crucifigi, erat contra omnes leges. Scipio tamen Superior deuicta Carthagine, ciues Romanos, qui ex Romanis exercitibus ad Pœnos transierant, tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit, *Valerius Maximus lib. 2. ca. 2*. Galba Imperator, *Sueton. Tranquill. c. 9. in Gal-*

*ba, tutorem, quod pupillum cui substitutus erat veneno necasset, quamuis ciuem Romanum, cruce affectit. Et penam esse hostis a senatu iudicati tradit Tranquillus, idem in Nerone, c. 45. ceruicem iuxta ferre, corpus virgine ad necem cædi. More tradit, Romanis nefas erat virgines pena stragulare, idem in Tiberio, c. 61. Ideo prius a carnifice comprimi solitas. Sicque restatur Dio Cassius & Suetonius Tranquillus, cuius verba, *immatura*, inquit, *puella, quia more traditio nefas esset virgines strangulari, uisitata prius a carnifice, dein strangulata*. Et Cornelius Tacitus lib. 5. *annalium*, dum loquitur de animaduersione in liberos Seiani, *Tradunt*, inquit, *temporis eius auctores, quia triumuiralis supplicio affixi virginem inaudita habebatur* (loquens de filia Seiani) *a carnifice laqueum iuxta compressam. Exin obliuiscit fuscibus id ætatis corpora in gemonias abiecta*. Crucis supplicium maius, quam suspensionis: nam in eo & vita cum cruciatur affixionis membrorum cruci diutius trahebatur, & suffixi ita fame peribant, nullo in cruciatur subueniente, vt fastidium de Christianis quamplurimis narrat Nicephorus Callisti, lib. 7. cap. 7. Conflare & potest ex eo, quod narrat Trogus de Hannone Carthagenensium, qui Philippi regis Macedonum floruit ætate, qui cum ob potentiam uellet tyrannidem usurpare, captus a ciuibus, primum uirgis cæcus est, deinde de effossis oculis, fractisque cruibus & manibus, cruci affixus. Firmat id Iustinus in 2. ex Trogo, dicens Bomilcharem Amilcaris filium, Pœnorum ducem, dum uenisset in suspitionem cum Agathocle conspirasse, in medio foro patibulo crucis affixum fuisse: indeque cum magnis clamoribus multique conuictis, subditorum ingratitude oburgasse, & inter clamores spiritum emisisset. § *Nunc* † supplicis adema crux, quia coli & uenerari digna, in memoriam salutis eius instrumentum humano generi clarigitæ a lumine Deo per uigenti filii sui redemptionem & adorandam passionem, *l. decernimus, 26. C. de episc. & cler. §. 1. de monach. h. in Authent.* Suffulitque ex usu pœnarum Constantinus Magnus, in uenta Dominica, & Maxentio uirtute crucis sperato, Atque Cæsares, neque crucis signum depingi, vel sculpi humi patiantur, ne pedibus conculcare instrumentum salutis uideatur, *l. unic. non in lic. fig. C. saluato. & c. C. Nunc* furcis bicornibus, vel triangulatis stipitibus, uel arboribus suspenduntur scelerati, neque cruci, ut olim assignuntur membra, sed laqueo suffocantur: quæ fuit pœna Iudæ, qui laqueo se suspendit. Et ea pœna scribit Homærus in fine *Odyss. 10*. affectisse *Vylsem* ancillas in pudicas.*

De lapidatione, & iaculorum confossione. CAP. 18.

- 1 Lapidatio quibus lege diuina imposta, & qui lapidati.
- 2 Faculis confodere, pœna.

Lia pœna mortis † legis diuinæ, lapidibus necari & obrui, quæ imposta fuit filiabus in domo patris uirginitatem maculantibus, *Deuteronom. 22. & adulteris, Deutero. 22. Ioh. 8. blasphemis, Leuit. 24. 3. Reg. 21. Act. 7. & aliis impiis*. Hoc genere supplicii Hecuba uxor Priami a militibus Grecis affecta, & lapidibus obruta, quod multa ingereret maledicta & infasta omnia imprecaretur in exercitum Græcorum: cuius sepulcrum apud Abydum statuitur, appellaturque *Cyaoßema* ob linguæ proteritiam, impudentemque petulantiam, vt auctor *Dicys Cretensis lib. 5. de bello Troian.* Lucius Cornelius Cinna ob nimiam crudelitatem a militibus lapidibus occisus, *Plinius in iunior lib. de uir. illust.* Arrianus scribit etiam, *lib. 4. de exped. Alexand.* Hermolaum Sopolidis filium, ob insidias Alexandro Magno structas, & ceteros eius factionis comprehensos, a circumstantibus lapidibus obrutos. § *Extat* † in Exodo cap. 19. pœna, qua mandantur affici, qui montem in quem Dominus Mosi collocaturus descenderat, contigisset, nempe, vt aut lapidibus opprimerentur, aut confoderentur iaculis. Hodie inter pœnas militares euidetur esse, re os mortis machinulis, quas arcubus dicimus, & earum glandibus pertere & necare.

De præcipitatione, & submersione.

CAP. 19.

- 1 Præcipitatio, pœna mortis ubi.
- 2 Submersionis pœna.

Meminit sacra pagina † de mortis pœna præcipitæ, quando ex superiori loco, quis, vt moriatur, deturbatur. Quæ pœna affecta impia tezabel uisus Iehu, 4. *Reg. cap. 9*. Amathias etiam cum uicisset filios Secri, in ualle Salmiarum decem millia captiuorum adduxit